



INSTITUTIONUM
MEDICINÆ
LIBER TERTIUS.

PARS I.

De Signis in Genere.

SECTIO I.

De Signorum Differentiis & Fontibus.

CAPUT I.

*De Methodi Semioticae Necessitate & Utilitate;
& quid signum.*

Rost quā hactenus quid sit sanitas, & in quibus consistat, tum quæ sit rerum præter naturam differentia, explicavimus: rectā jam ad methodum medendi, tuendæq; sanitatis accedendum, docendumq; videtur, quæ ratione sanitas conservari, & morbi tolli possint. Verum enim verò cum artes versentur circa singularia, Medicusq; non curet hominem in genere, sed Petrum, Paulum &c. methodus ac via prius explicanda, qua latentes in singularibus & in-

dividuis morbi per signa investigari, & quid de exitu morborum sperandum sit, cognosci queat, methodusq; semiotica proponenda est.

Quæ etsi non sit necessaria ad cognitionem curationis; cum possimus cognitionem curationis affectus acquirere, etsi, qua ratione cognoscendus sit, nondum cognitum habeamus: tamen cum necessarium sit, si ad operationem & curationem descendere animus est, ut perspectam habeamus rationem cognoscendi affectus, affectumq; non cognitum curare nō possimus:

K k k 3

merito

*Methodi
semioti-
cae utili-
tas.*